

2. Si venditor non præstiterit quod de re affirmavit,
v. g. non tradat ornamenta.

3. Si venditor non caveat de cavendis.

2. *Speciales* de Mancipiis, jumentis, vide in ff.

§. 4. (3) *Ipsa Actio*, Emptor alterutrâ solâ uti potest. Venditor contrariâ de damnis & accessionibus recuperandis.

1. *Redhibitoria*, ut rem vitiosam, prout fuit, restituto pretio Venditor recipiat, & si sciverit, interesse præstet.
Si Contumax, duplum solvat.

E. est actio arbitraria, & dist. à Civili ex empto.

2. *Æstimatoria* s. quanti minoris, ut tantum pretii, quantum minoris res ob vitium fuit, reddatur.

Durat hæc actio annum utilem, à die scientiæ.

E. dist. à Civili ex empto.

§. 5. *Datur & Actio*

1. *In factum* perpetua, Emptori pro recuperando pretio, si res ultrò, vel jussu judicis, redhibeatur,

2. *Ex Empto*, etiam ad redhibitionem impetrandam, vel cautionem de vitio suspecto.

Cùm aliàs actiones ex contractu tendant ad implementationem.

§. 6. *Posteriora.*

Ne quis ibi, quâ vulgò iter fit, canem, verrem, aprum, lupum, ursum &c. habeat.

Si liber inde perierit homo, pœna est 200. sol.

si læsus, quantum judex æstimabit.

Si rei damnus, pœna est dupli.

Tit. II.